

andati, come addimostra l'esempio di san Paolo, egli però non gode di uguali doni; e quindi non devesi attendere un esito tanto increscevole.

Per conchiudere, correggerà il passo, purchè possarde l'incarico a Santo,

inviandogli la lettera di Giovanni;

Santo sarà così delegato a far le dovute modifiche.

E basti di ciò.

Venendo poi al secondo appunto,

osserva che nium accusa poteva essergli più cara o meno fondata di quella di soverchia gratuitudine;

ma non è così.

Infatti, come mai potrebbe egli ringraziare, come meritata, il benefattore, a cui deve tutto ciò che fa il pregio della vita?

famia. licuit et Paulo apostolo, qui cum multa arte tum et superiori dono valeret, uti Cretenses unica, que et ante se poete vox fuerat (^a), famosos invectione faceret. sed non est ea copia michi ut hoc quod nolo sperem, aut patrie ut hoc a me metuat. ceterum, ne iudicium illud (^a) tuum, quod divini michi instar oraculi est, 5 preterire videar, efficiam quod iussisti; sed ita quidem, ut eidem Sancto nostro, homini, ut scis, pererudit atque ei quem vereor ne vel solum hac etate communis michi cum illo patria bonum tulerit, vices dem meas. dimittam enim ad eum cum litteris meis epistolam tuam, quam et elegantia sui et affectione plurima, qua 10 te colit, gratissime habiturum eum scio, admoneboque, uti mandato tuo, permisso meo, iudicioque suo gravissimo, corrigat, resecet, mutet, adiciatque quod libet. sed de hoc quidem satis, fortasse nimis. nunc ad reliquum venio. gratificam orationem, qua 15 debere me tanta magistro Iohanni meo predico, subarguis quasi in reddenda gratia ultra quam decuit progressus sim (^b). ego vero in nulla re argui me malim, neque in ulla re minus argui vere possum, si quidem gratie rebus, non animo extimantur, quam quod nimium gratus sim. quod quidem, si quis esse nimium verbis gratus potest, et libenter et facile sum. sed non 20 ita, pace tua dixerim, opinor. quod enim his verbis que litteris meis continentur, quantamlibet, ut ais, amplitudinem liberalitatis emere potuisse, magnam rebus meis invidiam fecisti, qui possum levibus sonis (^c) id efficere quod alii per summa pericula, omnes labores perpetuamque sollicitudinem vix tandem consequi possunt. 25 michi enim ita videtur, exigua esse beneficia que verbis pensari possunt (^d), et item preelegans orationis genus, quale procul a me abest, quod merita rerum equare valeat. quibus enim, per Deum immortalem, rebus, ne dicam verbis, satis unquam facere tantis beneficiis potero, quibus ea que summa sunt in vita comprehensa sint? de vita, de salute, de eruditione illi teneor, quibus

(a) *G P om. illud* (b) *P sum* (c) *P somnis* (d) *G possent*

(1) EPIMENIDES, fr. 1 (DIELS II, p. 493). *ρες ἀργαῖ*, in APPULEIUS, *Flor. Lib. 15*, II V. avrà rintracciato il noto verso, oppure in s. HIERON. *Comment. in Κρῆτες & εἰ ψῦσται, κακὰ θύρια γυαστέ-* *Epist. ad Titum*, VII, 606 (MIGNE).